

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3559

Auteur(s) : Louis IX, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Cricqueville-en-Auge, Notre-Dame de Royal-Pré, dépendance Val-des-Choues (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1257, juin

Lieu d'émission : Vincennes

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Louis [IX], roi de France, donne aux frères de Notre-Dame de Royal-Pré sept pièces des prés d'Angoville qui contiennent 8 acres et demie de terre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 586, p. 108-109.

Texte établi d'après a

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod nos, divini amoris intuitu, ac pro salute anime nostre, necnon pro remedio animarum inclite recordacionis regis Ludovici genitoris nostri et Blanche regine, genitricis nostre, ac aliorum successorum nostrorum, dedimus et concessimus fratribus Beate Marie Virginis de Regali Prato, ordinis Vallis Caulium, Lexoviensis diocesis, in puram et perpetuam elemosinam, septem pecias prati continentes octo acras et dimidiam in longum et latum, prout de mandato nostro mensurate sunt, quas etiam habebamus in pratis de Angovilla, ab ipsis fratribus ac eorum successoribus in perpetuum in manu mortua quiete et pacifice possidenda, retenta tamen nobis omnimoda justicia, et salvo jure in omnibus alieno. Predictae autem pecie prati sic nominantur, videlicet : pecia Prati Gardini sita, ex una parte, juxta pratum Roberti de Quercu, et pratum Richardi de Bautent et Raginaldi dicti Pantous, ex altera. Item pecia Prati Helloini, sita juxta pratum Roberti de Asevilla, ex una parte, et pratum Roberti Sancti Clari et Richardi, nepotis sui, ex altera. Item pecia Prati Durandi filii dicti Louvet, sita juxta pratum Radulphi Ansel et ejus fratris, ex una parte, et pratum Hugonis Trihan ex altera. Item pecia Prati de Clauso Chemines sita juxta pratum ad Hermereus et virgatam de Darnestal ex una parte, et pratum prioris de Monte Botin et heredum Taveri, ex altera. Item pecia de Valle Juhas, que vocatur le Sellon, sita juxta pratum heredum ad Tanguerez, ex una parte, et pratum dicti le Bodel ex altera. Item pecia prati de Sicquet, juxta pratum Radulphi Ansel et ejus fratrum, ex una parte, et pratum quod fuit ad Hermereus, ex altera. Item pecia prati ad Radure sita juxta pratum domini de Dosso usto, ex una parte, et pratum heredum ad Tanquerez, ex altera. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentes litteras, sigilli mei fecimus impressione muniri. Actum apud Vicennas, anno Domini M° CC° quinquagesimo septimo, mense junio.